

- sunt singuli Electores illius factionis, quām aliud fuisse publicatum. Sub hac quippe ratione unitatem quandam induit, & dicitur una persona repräsentata. *leg. mortuo. 22. ff. de fidei usq. in quam rem Joan. Sarisbarien. Est autem Respublica, sicut Plutarcho placet, corpus quoddam, quod Divini munieris beneficio animatur, & summa aequitatis agitur nūn, & regitur quoddam moderamine rationis. lib. 5. Polycrat. cap. 2.*
- 252.** Et numquid corpus morale, seu persona repräsentata obijicitur nonnunquam laudibus, & frequenter insignibus sarcasmis? si nōstī: an nescis toras nationes nigrō describi calamō? si Germanum loqueris, novimus eum in genere, & distinguimus eum ab Italo, Hispano, Gallo, Polono &c. At quem individualē velis Germanum? nescimus.
- 253.** Et tamen in Germanum debacchatur Cornel. Kilianus, utut innumeratos numeres totā exemptos censurā:
- Ebrius insanit, bacchatur, fulmina iactat.  
Jurando cœlum, terram, Acheronta moveat.  
Intentus præda, latro, fugaxque rapaxque &c.*
- 254.** Nec minori Sarcasmō in Gallos evomit iras, utut & in Gallia plurimos recensēbis censorū innocuos:
- Iuconſans, vanus, ſimulator, diſſimilator;  
Vindex, crudelis, ſubdolus atque vafer.  
Nominiſ & tituli tantum iactator inaniſ;  
Prado, ſuprator, trux homicida, latro.*
- 255.** Et quas non in Italos detorquer noxas? quas deterrimas descriptiones?
- Perverſus, vanus, fucatā mente dolofus;  
Vafre hodi infidias, exitiāmque ſtruit.  
Vindictam differt ter denos ultor in annos;  
Sumere ſupplicium, ſi priuſ hor a neget.  
Seſtator ſcorci, rabidus Ganymedis amator;  
Caera confuliſ Muſa tacendo monet.*
- 256.** Hæc aliaque Cornelij in alias nationes carmina an velis, nolivis esse famosa, interest, utrum nationes ſint famæ tam proſtituta, ut criminā non ſint occulta, ſintque ita publica, ut ea publicari non ſit necesse. Si tamen fingas crimen contra nationem totam, orbi ignotum, non dubites, carmen eſſe famosum; quia lœdiſ personam individualē præſentatam, cuius una anima metaphorice eſt unus omnium conſenſus, & una voluntas, per quam talis persona præſentata agit, & patitur.
- 257.** Imò vero Libellus tanto peccabit gravius, quò in nobilis peccat ſubiectum. *cap. cum fortius. 1. de calumniator. Sed an nescis, integrum corpus morale longè eſſe præſtantius, quām privatum? an nescis publicam utilitatem eſſe præferendam privatę? leg. iubemus. 10. Cod. de Sacrosant. Eccles. leg. actione. 65. §. Labeo. 5. ff. pro ſocio. An nescis, rationem totius eſſe potiorem, quām partis? maculam totius corporis eſſe deteriorem, quām unius duntaxat membris? pars in toto eſt. leg. ſi quis. 7. princ. ff. de teſtam. tutel.*
- Iniuriam horum libellorum, ſi ex circumſtantia loci perpendere velimus, ea eſt atrocissima, dum non ſolum in congressu conſulorio, ſed & in ipsa Aula Elec̄tionis commissa eſt in publico omnium conſefſu. Nam multū intereft, Prætoris in conſep̄tu, an in ſolitudine iniuria facta ſit. *Leg. Prætor. 7. §. fin. ff. de iniur. Et ibi Glosſa Verb. tempore. Verb. ludis. Et §. atrox. 9. Inſtit. eod. ibi: Atrox iniuria affimatur vel ex fatto: veluti ſi quis ab alio vulneratus fit, vel fuſilius caſus. Vel ex loco, veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel in conſep̄tu Prætoris iniuria facta ſit.*
- Exarſiſe, excessiſe que factiones, & enor. **259.** miter quidem, palam eſt. Sed qua poena correponebit culpx? Alia Libellorum famosorum poena eſt Jure Canonico, alia Jure Imperatoriō.
- Conſtitutione Valentiniani & Valentis **260.** Imperatorum capitalis decernit ſententia. *leg. unic. Cod. de famos. libell. quæ du- dum iam fulminata etiam fuerat Legib⁹ duodecim Tabularum: Si quis aditaverit, ſive carmen coniderit, quod infamiam, flagitiumve alteri precatur, capite punitor. Teste Cicerone Lib. 4. Tu- ſcul. Arnobio Lib. 4. advers. Gentes. S. Au- gustinō Lib. 2. de Civit. Dei. cap. 9. & cap. 14. Si alibi & apud alios legas in duodecim Tabulis ſupplicium fūtigationis in famosos Libellos, ſcias poenam fūtigationis capitalem in eligi.*
- Imò Augustus Cæſar Libellos famosos ad **261.** crimen Maiestatis reduxit; de quo Tacitus refert: *Eum legem Maiestatis reduxiſſe, ut non ſolam facta arguerentur, ſed & dicta: primūque cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis eius (Maiestatis) tradidisse: commotum Caſij Severi libidi- ne, quā Viros, formināque illuftrē pro- cacib⁹ ſcriptis diffamaverat Lib. 10. Annal. Novimus autem crimen Maiestatis eſſe & fuisse capitale. tot. Tit. ff. ad leg. Jul. Maiest.*
- Huius poenæ iuſtitiam argues ex eo, ut luat in corpore ac vitâ, qui ausus eſt perime bonum vitâ vix non pretiosius, vide- licet famam alterius. *Leg. iſti quidem. 8. §. 2. ff. quod met. cauſ. leg. iuſta cauſa. 9. & ibi Glosſa Verb. infamiae. Vita & fama eſcipiantur. ff. de manuif. vi- diſt. In quam rem Scaliger 4. Epidor. Jactura gravis temporis, maior ho- noris:*
- Nam vita nihil, ſicubi caſſa dignitas eſt.*
- Alia Libellorum famosorum poena ex **262.** Le. gibis eſt, referente Ulpianō: *Si quis li- brum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerie, componuerit, ediderit, dolōe malō fecerit, quō quid eorum fieret; etiamſi alterius nomine ediderit, vel*